



Del zu Puz Za 65 35 d 40

aber teilw. andere Drucker



LESSUS FUNEBRIS,

QUO

VIRI GENEROSISSIMI, EXCELLENTIS-  
SIMI AC SUMMIS IN REMPUBLICAM MERITIS  
VERE ILLUSTRIS,

DN. CAROLI  
DE DIESKAU,

REGIÆ MAJESTATIS PRUSSICÆ  
CONSILIARII INTIMI ET REGIMINIS  
IN DUCATU MAGDEBURGICO SENIORIS  
ET CONSILIARII GRAVISSIMI,

MORTALITATIS FATA  
TOTI PROVINCIÆ ET SALUTI

PUBLICÆ PRÆMATURA ET LUCTUOSA

LUGUBRICALAMO PIOQUE AFFECTU

VENERATUR

FRIDERICUS HOFFMANNUS,

CONSILIARIUS MEDICUS ET PROFESSOR REGIUS,  
ACADEMIÆ REGIÆ BRITANNICÆ SOCIUS.

---

HALE MAGDEBURGICÆ,

Typis CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr. 1721.

\* \* \*



Lluſtris DIESKAU, jam felix incola cœli,  
Sidereas inter ſolis alumne domus,  
Accipe devotas lacrymas, quas fundere  
noſter

Flagitat officio confociatus amor.

Eloquio nullo licet explanare dolorem,

Quem Tua moverunt funera acerba mihi.

Lugeo dimotum vitæ ſtatione patronum,

Qui fuerat rebus portus & ara meis,

Qui fuit a multis multum mihi cognitus annis,

Cujus ſæpe mihi eſt teſtificata fides.

Quam propenſus erat favor & prolixa voluntas,

Quam variis noſtri mens ſtudioſa modis!

Semper eſ ingenti me complexatus amore,

Poſſideo meriti pignora multa Tui.

Quæ mihi perpetuo teſtis inſcripta medullis

Hærebunt memori pectore fixa meo.

Occiduo lucem prius advehet Heſperus orbi,

Et retro verſis ſol remeabit equis,

Salanusque pater Libycas ſorbebit arenas,

Ac Naſamoniacos ante rigabit agros:

Quam capiat noſtram meritorum obliuio mentem,

Atque Tui e noſtro pectore cedat amor.

Sed tamen effuſi quociens pergrata favoris

Se mihi præſentem ſiſtit imago Tui;

Obductum toties mihi recrudescere vulnus

Sentio, trilitia vim renovante ſuam.

Attamen haud ſolus doleo, nec pectora tantum

Noſtra coquit fati ſollicitudo Tui;

Sed quoque multorum mœror grauis offibus ardet,

Pluresque excruciat flebilis iſte dolor.

Omnis deplorat Te Brandenburgica tellus,

Multaque mœſtitiz dat documenta ſuæ.



Ipsa Astræa Tuas lacrymis undantibus urnas  
Irrigat & tristes spargit in ossa crocos.  
Est aliquid, virtute viros meritisque nitentes  
Si rapit immiti trux Libitina manu.  
Quorum pro patriæ cura indefessa salute  
Excubuit, longos perpetuata dies.  
Cum quibus & vivis & vitæ lumine cassis  
Publica non raro statque caditque salus.  
In planum subito solidissima tecta trahuntur,  
Et manet instabilem certa ruina domum,  
Diffractis quassat si firmamenta columnis  
Turbida tempestas vel violenta manus:  
Labitur in præceps pariter respublica, magnis  
Ac multum meritis orba relicta viris,  
Qui prospèctantes patriam in pejora ruentem,  
Illi cervicem supposuere suam.  
Quis jam non decoret largo Tuâ funera fletu?  
O patriæ columen præsidiumque meum!  
Occubuit Tecum patriæ spes maxima nostræ,  
Cujus Te semper sollicitavit amor.  
Cujus concussam turbarum mole salutem  
Multoties humeri sustinuerunt Tui.  
Natus in exemplum fueras & ab æthere missus,  
Marchiacæ ut terræ commoda multa dares.  
Publica res per Te quo grandius augmen haberet,  
Ejusque in melius proveherentur opes.  
Nam quis Te melior, quis Te præstantior alter?  
Quisve Tibi meritis antefereendus erat?  
Neinpe instructus eras virtutibus ampliter illis,  
Quæ commune queunt amplificare bonum.  
Devotam cælo non ficto pectore mentem  
Præstabat sacræ religionis amor.  
Exemplum antiquæ poteras pietatis haberi,  
Quam præsens ætas vix reverenter habet.

† † †

3517x

Ornabant mores, cufos meliore metallo,  
Non infucatus, candor & alba fides.  
A teneris animus generoso imbutus honefto  
Prenfabat cupida fasque piumque manu.  
Recti fervator folers, Themidisque facerdos  
Sanctus & Afrææ tutor amicus eras.  
Æqua prudenter librabas omnia lance,  
Decifo recta eft iudicis urna Tuo.  
Per Te fanctarum fulta eft reverentia legum,  
Per Te iuftitiæ ftat reparatus honos.  
Damnabas multo ferventes tempore lites,  
Damnabas rabidi prælia lenta fori.  
Atque inconcuflis legum moderamen habenis  
Tractabat mentis provida cura Tuæ.  
Sunt rari, tantum qui fas & jura tventur,  
Et leges tanta qui pietate colunt.  
Hinc Tua fert meritis excellentiffima virtus  
Palmam & manfuræ præmia laudis habet.  
Longius extento fane digniffimus ævo,  
Tu Pylios annos vivere dignus eras,  
Amplius ut poffes patriæ firmare falutem,  
Ac plura ut nobis emolumenta dares.  
Sed tamen extincti nobis succurret imago,  
Exemplumque Tuum commoda multa feret.  
Te vita functum perduratura fequetur  
Fama & fublimi gloria parta jugo.  
Ac meritum nomenque Tuum venientibus annis  
Vifturæ laudis nobilitabit honos.  
At Te ufque ad gelidas grate venerabitur urnas  
Nofter non unquam demoriturus amor.  
Dumque faber vitæ, fanguis mihi perluet artus,  
Semper inoblita Te pietate colam.  
Jamque Tuas incereas extremum exofculor umbras,  
Ac TIBI fupremo tempore dico Vale!

† † †




78 M 407

ULB Halle 3  
004 387 996



50







incredibile fui defsi-  
riet, quodque ipsa  
fatis naturæ, fatis  
patriæ tum suis



**LESSUS FUNEBRIS,**  
QUO  
**VIRI GENEROSISSIMI, EXCELLENTIS-  
SIMI AC SUMMIS IN REMPUBLICAM MERITIS  
VERE ILLUSTRIS,**

**DN. CAROLI  
DE DIESKAU,**

**REGIÆ MAJESTATIS PRUSSICÆ  
CONSILIARII INTIMI ET REGIMINIS  
IN DUGATU MAGDEBURGICO SENIORIS  
ET CONSILIARII GRAVISSIMI,**

**MORTALITATIS FATA  
TOTI PROVINCIAE ET SALUTI  
PUBLICÆ PRÆMATURA ET LUCTUOSA  
LUGUBRICALAMO PIOQUE AFFECTU  
VENERATUR**

**FRIDERICUS HOFFMANNUS,**  
CONSILIARIUS MEDICUS ET PROFESSOR REGIUS,  
ACADEMIÆ REGIÆ BRITANNICÆ SOCIUS.

**HALÆ MAGDEBURGICÆ,**  
Typis CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr. 1721.

